

22.

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE

FINIBVS

PER VIRGVLAM MERCVRIALEM
NON INVESTIGANDIS

Von Aufsuchung der Grenzen

Durch S^Hinschel = Ruthen

QVAM

PRAESIDE

IO. FRIDER. WERNHERO, D.

INST. PROF. PVBL. CVR. PROV. SCABIN.
ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE

PRO CONSEQUENDIS SVMMIS IN IVRE
HONORIBVS

ET

GRADV DOCTORALI

D. APRIL M DCC XXXIV.

IN AUDITORIO MAIORI

PUBLICE PROPONET

FRIDERICVS FLORENS RIVINV^S
LIPSIENSIS.

VITEMBERGAE

LITERIS VNDVAE GERDESIAE.



DIE SECTUALR DOMINUSQUE
DOMINUSQUE
FELICITAS
HER REVERENTAT MERCANT IM
NON HABEST GANIS
MERCANT AUSTRIAQUE
SECUNDUSQUE
SECUNDUSQUE
OPTHER. HERRUHEROQUE
MERCANT EST THONSCHE
THONSCHE THONSCHE
HONGRIAS
GEMDA DOCTORATI
VERBO NOCHXXII
IN AUDITORY MAROTI
PER THONSCHE THONSCHE
FERIDERICUS FERIDERICUS RIANAS
PER THONSCHE THONSCHE
PER THONSCHE THONSCHE
PER THONSCHE THONSCHE



DISSERTATIO
DE
FINIBVS
PER VIRGVLA M
MERCVRIALEM
NON INVESTIGANDIS.

§. I.



rrabat multis in rebus antiquitas, quam uel usu iam, uel doctrina, uel uerustate, immutatam uide-
mus, monente CICERONE, *de di-
uinat. Lib. II. cap. 33.* Verum id
esse, ex pluribus, Medicos inpri-
mis, Physicos, aliisque nobilibus
Philosophiae partibus, discere li-
cet. Quod enim moderni per experimenta, et demon-
strationes chymicas, anatomicas, mechanicas, nullo la-
borre

Multa pri-
scis ignora
aut obscura
succesu
temporis
discussa,

A 2

bore explicant, id antiquiores per sympathian, anti-pathian, magnetismum, qualitates occultas etc. aegre, atque non, nisi obscurum per aequa obscurum, enodare sategerunt. Imo ad artes magicas, quae abstrusiora videbantur, saepe relata inuenias, quae tamen mere naturalia esse, res ipsa hodie abunde docet. Ita aevi, quo Geometrae, Mathematici et Philosophi habitu sunt Magi, meminit DANNHAVER. *Theol. Conscient. P. I.* Sect. II. art. 1. §. 44 p. 105. Nihilominus multa superesse, quorum ratio satis explorata nondum est, nemo facile, puto, inficias iuerit. Eadem uero propterea, quod nobis haud liqueant, aut ex nostris dogmatibus resoluti nequeant, damnare uelle, res oppido iniqua foret.

Multa ta-
men extrin-
canda fu-
persunt.

§. II.

*Inter qua
uirgula di-
uiinatoria
referri por-
fe videtur.*

*Nunc illa
uirgula
modis pro-
bandi ac-
cessenda.*

Dubium ita emergit, quid de uirgula, qua metallum, alia, inuestigari solent, et quam diuinam aliqui, diuinatoriam alii, alii rursus Mercuriale, nuncupant, alias alii nominibus insigniant, varieque diuidunt, statuendum sit. Neque minimi momenti dubium hoc esse videtur. Omnia scientiarum genera propemodum ingreditur haec materia. Habent Physici, quod rimentur, ut modum operandi extricent. Theologis non deesse, quod monent, per sequentia forte haud obscurum reddetur. Inprimis ICtis non raro casus offeruntur, ubi famosac illius uirgulae ope in limites priores etc. inquiritur. Atque hunc modum, cœli licetum et iustum, multi ex Doctoribus in foro admiserunt, imo et inter ipsos probandi modos ordinarios retulerunt. Conf. MENCKEN. Proc. Tir. XXVIII. §. 3. TITIVS Jur. priu. Lib. XII. cap. VIII. §. 35. Extiterunt etiam, qui

qui mediante illa uirgula fures, homicidas, aliosque maleficos, inuestigare se posse, gloriarentur. WENFELS. *Diff. d. Superst. Phys.* §. 7. qui h. l. procul dubio rusticum illum Galliae famosum indigitat. In Thesauris inuentis usum uirgulae Mercurialis licitum haec tenus habitum, non est, ut multis edifferatur.

§. III.

Decantatum enim id ferē est, et communis ICtorum ^{Communes} schola hoc asserit, ut actum agere uelle uideatur, ^{ICtorum,} eorumque qui contrarium defendere ausit, cum utique ICI magni nominis pro uirgulae istius partibus stent, atque de illa, tanquam re licta, sentiant ac pronuncient. Praeter allegatos B. Menckenium et Titium B. DN. DE BERGER El. Disc. For. Suppl. P. I. p. 705. usum uirgulae communiter receptrum, eoque omni criminē immunitum, iudicat STRYK. us. mod. tit. d. acquir. domin. §. 16. cum, quae dubiam uirgulae diuinatoriae fidem facere possunt, adduxisset, concludit: *quicquid uero buius sit; posito etiam, uitium aliquod in uirgula illa demonstrari posse;* cum tamen moribus ubique locorum in metallifodinis eadem utantur, non potuit thesauro priuari ille, qui medio ubique recepto et approbato utitur. LAVTER BACH. Colleg. Pralt. cit. tit. §. 34. ad eandem communem opinionem prouocat, uerb. communi rāmen DD. opinione inter magica instrumenta non pertinet uirgula diuinatoria. Wünschel- oder Glicks-Ruthe, quia circa unum incantationem occulta sit naturae qualitas. BEYER. posir. ad Institut. tit. d. rer. diu. tb. 197. p. 6. itidem uirgulam istam, ceterum indifferentem, habet, et, quod mirandum, ad ZEIDLERI panto-mysterium, librum admodum ieiu-

num, ineptum, ac ridiculum, in primis a THEOPH. ALBINO (Gottlich Weissen) operose ac solide refutatum, pro stabilienda uirgulae fide, prouocat. Cum his faciunt alii magno numero, qui inter media licita et publice approbata, nec non indubitata, uirgulam, quam dicimus, referunt, quo pertinent HOPP. *Comment. ad Inst. LUDOVICI Doctr. Pand. tit. d. acq. rer. dom. §. 26.* aliquie, quos de industria praeterimus.

§. IV.

Pauci uirgulam dampnent. E quibus Muller. et Strykius. Pauci admodum et ICtis sunt, qui uirgulam hanc, tanquam rem suspectam, reiiciunt. Inter quos est MULLER ad Struv. tir. d. acq. rer. dom. tb. 53. lit. δ. STRYK. dissert. d. curios. cap. V. n. 29. ubi quidem de consuetudine testatur contraria, nihilominus tamen usum uirgae inter alia damnat, his uerbis : *requirunt porro, ut inuersis manibus (digitis nempe ad coelum tendentibus) teneatur, et pars illa, quae thesaurum uersis inclinare solet, ad pectus dirigatur ; quod itidem superstitionem quandam involuit, et consequenter pacium quoddam implicitum cum diabolo.* Facile ex hoc loco Strykiano patet, compilatores partis posterioris usus moderni, neque ad mentem Strykii, sed suam, uti in aliis frequentius, ira et hic philosophatos, et reliquorum Strykianorum scriptorum immemores fuisse. ZIEGLER, uir religiosus pariter, atque eruditus, Tr. d. inv. Mat. Lib. II. Cap. XX. §. 13. fluctuans, ne quid temere statuat, nihil definire audet. At, si quaestio ICtis decidenda offeratur, determinandum et statuendum est, quid responderi debeat, ut adeo, rem in eodem dubio relinquere, fas non sit. In aliis quidem scien-

Cuius dis-
fensus a se
ipso nota-
tur.

scientiis non defuerunt, qui uirgulae fidem eneruant, eiusque usum reprobarunt, sed, inter ICtos, quia multi disputationes a Physicis despiciunt motas negligunt, aut non curant, mirum non est, plus uirgulae, quam par est, plerumque tribui. Nihilominus, cum non de lana caprina agatur, interest, eruit, quid in foro de hac diuinatione statuendum sit, ne facile iustitiae aduersum quid committatur, atque honor diuinus, sacra foedera, et innocentes laedantur, illudque: *suum cuique tribuendum*, migretur. A nemine itaque institutum hoc nostrum, si illorum, qui a Iurisprudentia alieni sunt, sententias huc reperamus, et in forum iuridicum introducamus, improbatum iri, confidimus. Materia uero ab aliis dictam repetituri non fuissimus, si iam satis dicta esset, id est, aliorum dicta effectum habuissent, aut in iudiciis attenta fuissent.

Ex aliis,
non ICtis,
pluribus
uirgula
displicet.

S. V.

Neque nos aliter statuentium auctoritas, neque in-
uetata contraria consuetudo moratur, neque in-
publica, si habetur, approbatio negotium conficit, quando
quippe quae ex bona mente profecta est, nondum se licet, Ictorum
fraude rei detecta. Et, consuetudinem quod attinet, opinio-
bus praefenda, uti non omne, quod licet, honestum est, *I. 14. ff. d.*
R. I. ita neque exemplis iudicandum, *I. 3. ff. d.* sen-
tent. aut, quid Romiae fiat, sed quid fieri debeat,
spectandum. *I. 12. ff. d.* *Offic. Procons.* Multitudo quo-
que errantium nullum errori gignit patrocinium.
Certe ICti audiendi non sunt, nisi ex principiis do-
mesticis philosophantes. In aliis, quae ex peregrinis
scien-

scientiis in iura nostra influunt, illae potius consulendae, et exinde, quid sentiendum sit, iudicandum est. Hinc, Medicos, Physicos, Mathematicos, Chirurgos, Oeconomos, etc. a ICris consuli, non rarum est. Idem ergo et nunc tentabimus. Attendas autem Mercurialis uirgulae usum, multa qua originem suspecta, plura in modo operandi et tractandi dubia, plurima ex Auctorum testimoniis incerta et contraria, deprehendes. Ne quid ergo temere statuatur, haec paucis exponere uisum est.

et, quid
circa uir-
gulam at-
tenden-
dum, expo-
nitur.

Nomen
uirgae exa-
minatur.

Ipsam uicem si species, manifestum est, uel solo nomine suspicionem non leuem excitari. Vocatur enim Mercurialis. Mercurio uero quae assignata superstitione gentilium sit uirga, inferius monebitur, et quis Mercurius fuerit, neminem latere potest. Appellatur etiam diuina et diuinatoria. Diuina, procul dubio, quod Mercurio debeatur. Diuinatoria dicitur a diuinando; sed, quo numero et loco diuinatio in sacris habeatur, disce ex 1. Samuel. XV, 23. uerb. sicut peccatum diuinationis (✉) est rebellio, et sicut superstitione et idololatria est repugnantia. Sacra etiam scriptura uoce hac diuinationis de auspiciis, similibusque, uti solet, uid. Ezech. XXI, 21. 22. Inter grauissima ergo peccata referuntur diuinatio, ita ut DEVS, summum scelus allegaturus, diuinationem, cuius titulum uirga prae se fert, nominet. Ratio non est obscura, quia peccat diuinatio in primum et maximum Decalogi paeceptum.

§. VI.

§. VII.

§. VII.

Quod originem attinet, constat, uirgularum, et **O**rigo usus
bacillorum, usum ab antiquissimis temporibus, **v**irgularis
et quoisque se extendit scriptorum memoria, aliquid **a**b **a**n-
montri aliuisse, neque omni uel superstitionis, uel alias **q**uisimis
temporibus **r**epe*ti* pot-
criminis, suspicione caruisse. Iam olim siquidem **p**rae-
stigatores, diuinatores, incantatores, sacrificuli, et, qui
sunt huius furfuris homunciones, uirgis et bacillis ad
praefigias suas et dicitationes abuti solebant. Ita Per-
farum Magos, qui sacrificiis **p**raefecti erant, subtilibus **Faciunt
huc testi-**
uirgis usos fuisse, auctor est **R**HODIGIN. *Lect. Antiq.* **m**onia Rho-
digni de
Lib. VII. cap. 29. p. m. 379. Et uaticinationem per uirgas **P**erfis;
Chaldaeis adscribit, ac **εύρημα τῆς τῶν χαλδαίων περιεγ-**
γίας **h**abent **C**YRILL. **A**LEXANDR. *in Hof. IV. 12.* De **H**erodoti.
Scythis scribit **H**ERODOT. *in Melpom. num. 108. p. 153.* **d**e Scythis;
edit. **d**e anno 1570. ipsorum uates per uirgas diuinari so-
litos fuisse. Verba eius sunt: **μέντις δὲ Σκυθῶν**
εἰπολόι, οἱ μανέουνται βοσδοῖσι. Addit, a maioribus
acceptam hanc esse vaticinandi rationem, adeoque anti-
quissima fuerit oportet. Eadem fere de Alanis tradit
AMMIAN. **M**ARCELLIN. *rer. gesl. Lib. XXXI. cap. 2.* Marcellini
scribent: **F**utura miro praesagiunt modo: nam **r**ecatio- **d**e Alanis;
res uirgas uimineas colligentes, easque cum incantamenris
quibusdam **p**raefinito tempore discernentes, aperite, quid
porrendatur, norunt.

§. VIII.

Pariter ad primam Romanae urbis aetatem **L**IVIVS **L**ivii et
Lib. I. Cap. XVII. in fin. de quodam augure refert:
B Augur

Augur ad laeum eius, capite uelato, sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituam appellauerunt. Inde, ubi, prospectu in urbem agrumque capro, Deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinauit, dextrus ad meridiem partes, laevasque ad septentrionem esse, dixit, etc. rursus: tum, lituo in laeum manum translato, dextra in capite Numae imposta, precatus est, etc. Neque hunc baculum fortuito in manibus auguris fuisse, sed multa prodigiosa et miraculosa de lituo fabulosas esse Romanos, pluribus docet CICERO d. diuinat. Lib. I. cap. 17. uerbis: quid lituus ille uester, quod clarissimum est insigne auguratus, unde uobis traditus? nempe eo Romulus regiones direxit, tunc, cum urbem condidit, qui quidem Romuli lituus, id est, incuruum et leuiter a summo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nonen inuenit, cum sisus esset in Curia Saliorum, quae est in palatio, eaque deflagrasset, inuentus est integer. Romulus uero, uti patet ex eodem Cicerone, augurem egit, et huic scientiae nugatoriae addictus fuit.

§. IX.

Accedunt
Graci La-
tinique
Poëtae.

Inter quos

*A*ccedunt his Graeci Latinique Poëtae, qui incantamenta, et ueneficia, descripturi, raro uirgarum obliuiscuntur, eoque non obscure, quis illarum usus olim fuerit, produnt. HOMERVM primo loco allegare minus erubescit, cum eius magna in Iurisprudentia sit auторitas. Nam Imperator IVSTINIANVS suis gregum priuilegia ex eodem vindicat, et dubium, desuper olim metum, sed nobis uel sola praxi hodierna exemptum, ita resolutit. §. i. I. d. L. Aquil. Varias autem

autem uirgas miraculosas laudatus HOMERVUS com-
memorat, ut semper aliquid magni ipsi portendat uir-
ga, notante SPONDANO ad Iliad. Lib. XIII. p. 247, et
Odyss. Lib. XIII. p. 197. In primis eiusmodi uirgas sub
uocibus συγκανίς et φάθε Mercurio et Mineruae
tribuit, et notabilis est locus HOMERI hymno in
Mercur.

Homerus,
de uirgis
uacuis, inpe.
Mercurii,

- - - οὐτας ἔπειτα
Ολβε ἡ πλέτε δώσω περικαλλέα ράβδον
Χρυσένην, τριπέτηλον, αἰνέον, ἵ σε Φυλάξει
Πάντας ἐπικράνεσσα Θεές. Ι. τ. λ.

Ex Latinis VIRGILIVS itidem magnifica de Mer- Virgilius
curii uirgula praedicat. Aeneid. Lib. IV. uerfu 240. de uirgis
Mercurii,

Tum uirgam capit, bac animas ille evocat orco
Pallentes; alias in tristia tartara mittit;
Dat somnos, adimitque, et lumina morte resignat.

Porro de uenefica Circe ait Lib. VII. Aeneid. et Circes.
uerfu 189.

- - - quem capta cupidine conjux
Aurea percussum uirga, uersumque uenenis
Fecit auem Circe, etc. D ad omnia
Concinit huic OVIDIUS Metam. Lib. XIV. Fab. 6. uer- Ovidius de
su 283. eadem
Circe.

Et terigit uirga summos Dea dira capillos.

Amplius uerſu 299.

intrat

*Ille domum Circes, et ad insidiosa uocatus
Pocula, conantem uirga mulcere capillos
Reppulit, et stricto pauidam deterruit ense.
Inde fides, dextraeque datae, thalamoque receptus
Coniugii dotem, sociorum corpora, poscit.
Spargimur ignotae succis melioribus herbae,
Percutimurque caput conuerso uerbere uirgae,
Verba dicuntur dictis contraria uerbis.*

Porro uerſu 391.

*Tum bis ad occasum, bis se conuertit ad ortum;
Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.*

Superfedemus aliis locis allegandis, cum satis supersticio Gentilium ex adductis pateat, et dudum in prouerbium abierit uirgula diuina. Ita enim CICERO de Offic. Lib. I. cap. penult. si nobis omnia, quae ad uitium

Alia plura apud Erasnum.

cultumque pertinent, uirgula, ut aiunt, diuina suppedita- rentur. De eodem prouerbio confer ERASMI Chiliad. I. Cent. I. prou. 97. p. m. 57. ubi alia ex scriptoribus hoc facientia excerpta, et testimonium, quod antiquitas, fatalem et magicanam uirtutem in uirgis esse, cre- diderit, deprehendes.

§. X.

Vtimo lo-
co supersti-
cio Germa-
norum ex
TACITO de morib. German. Cap. X. ubi ita dispe-
nitur: *auspicia et sortes, ut qui maxime obseruant. Sor-
tium consuetudo simplex. Virgulam frugiferam ar-
bore decisam in forcculos amputant, eosque notis quibus-
dam discretos super candidam uestem temere et fortuito
spar-*

*spargunt ; mox , si publice consulatur , sacerdos ciuitatis ; si priuatum , ipse paterfamiliae , precatus Deos , coelumque suspiciens , ter singulos tollit , sublatos secundum notam ante impressam interpretatur . Nec in sacris literis uestigia huius rei desunt . Increpat enim Propheta Hos. IV , 12 . Iudeos , quod baculum suum consulant , et ab eo iudicium de rebus agendis expe- Iudeorum
notatur.
tent . In quo loco LXX . Interpretes itidem uoce : ῥάβδος , utuntur , Hebraicum textum ita uertentes : ἐν συμβόλοις ἀντῶν ἐπηρώτων , καὶ ἐν ῥάβδοις ἀντῶν ἀπίγγελον ἀντῶ (λαῶ) Caeterum , num diabolus hanc ex uirga uaticinandi , praestigiasque exercendi , rationem , in imitationem , aut contemptum miraculo- Additue ratio usus uirgularis rum , per baculum Mosis , et uirgam Aaronis prae- inter gen- stitorum , improbis hominibus suggererit , et res ab tes . his temporibus repetenda sit , neque dispuo , neque ita statuenti repugno . Certe a uero id alienum non uidetur . Plurimae enim similis υακοζηλας species , u. g. in sacrificiis , eorumque ritibus , oraculorum responsis etc. occurunt . Et malitia , qua diabolus primos parentes decepit , eisque improbum , DEVM imitandi , et exaequandi , studium suggessit , facile , quod diximus , nobis persuader . Ipsa quoque antiquitas , cum primi , qui ex profanis scriptores extant , superstitio- sum uirgularum usum recenseant , haud leue ad sta- biliendum istud assertum , momentum affert .*

§. XI.

Ita ergo Mercurialis , siue diuina scilicet uirgula totum Has uirgae propemodum peruersit orbem . Excoecauit Ethnici Mercuria- eos ; corrupit Iudeos ; Christianorum etiam mentes lis , et alias fordes fasci- paganas

inter Chri- fascinat, imo ipsa tribunalia occupare laborat. Docet, stianos re- quod sane grauiter dolendum, Historia Ecclesiastica, manifesse, insignes Ethnicisni reliquias inter Christianos, tempori- monetur. bus et antiquioribus et recentioribus, perpetuo fuisse deprehensas. Et uirgula ista uiuum eius rei argumentum nobis praebet. Adeo impieras idololatrica et superstitionis humanis a diabolo inspiratur mentibus, et tantam uim, dicente MEIBOMIO *Rer. Germ.* Tom. III. p. 181. habet superstitionem, quando semel animos hominum inuasit, ut neque aduertentes his rebus capiantur, et illaquecentur. Sic et Christianis ex sacris tamen literis meliora edocetis, magno ipsorum malo, accidit, quod ait CICERO *d. diuinat.* Lib. II. cap. 72. *Superstitione fusa per gentes oppressit omnium fere animos.* Discimus quotidie, Φρόνημα τῆς σαρκὸς ἐχθραν τῆς Θεοῦ ἔνει. Dum homines noscunt, alieno sibi auxilio opus esse, DEUM autem fugiunt et naturaliter auersantur, in eiusmodi tandem recidunt ineptias. Atque ita fit, quod ait Salomo *Eccles.* VII. 30. *DEVS homines creauit rectos, ipsi autem quaerunt artes plurimas,* uel secundum uersionem LXX. Interpretum: ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἀνθρωπὸν ἐνθῇ καὶ αὐτοὶ ἐξήτισαν λογισμάς πολλάς.

§. XII.

Modus vir-
gam tenen-
di.

Habes origines. Virgam ipsam, modumque trandi, quod attinet, illum ex Agricola describit SCHOTTVS *Mag. nat.* P. IV. Lib. IV. cap. I. p. 420. quod uirgam bifurcatam eligant scrutatores, huius utraque cornua manu prehendentes pugnos faciant, eamque ita teneant, ut *digiti compressa ad coelum spectent,*

spēctent, utque uirga erigatur ea parte, qua cornua co-
unt. Tenenda eriam est, neque nimis leniter, neque
acriter constringenda. Electa olim plerumque est **Materia**
corylus, et creditum, inter hoc uirgultum et metalia **ex qua est**
singularem intercedere sympathian. Sub quo pallio
diu latuit haec uirga, et multis defensores naēta est,
inter quos sunt viri spectatae eruditio[n]is, fidei et pro-
bitatis. Maxime tamen corylus adhibita est ad argen-
tum, fraxinus ad aes, quaerendum, ferreis etiam uir-
gis in aurum inquirebant. At hodie uis repertrix
est exaltata, et in alias res transfusa. Non arbor cer-
ta, non materia certa, feligitur, sed ex omni ligno fit
Mercurius. Tironibus et catechumenis, ut ita loqua-
mur, uirgula ex arbore relinquitur. Aēque commo-
de res ab adeptis, quos uocant, per emunctoria, gla-
dios, cultros, fuscinas decussatim sumtas, etc. expedi-
tūtur. **THEOPH. ALBIN.** *Tract. von der Wünschel-*
Ruthe p. 74. Imo et farcimine uti loco uirgulæ fas
est. I. c. Ex orichalco cōfēctam, sibique transmissam,
esse tales uirgulam, commemorat **KIRCHMAYER.** *Diff. d. uirg. diuinatur. quaeſt. 2.* Dies ab aliis, uti qui
dem ipsi auunt, eligitur pro lubitu; alii diem Ioannis, alii
uesperam, quae festum Natiuitatis nostri Saluatoris
praecedit, alii aliud tempus eligunt; et die solis, auro
quaerendo, die lunae, argento inuestigando etc. uirgas
purandas credunt. Aliqui uerba ex *Io. I. 2.* inter ab-
ſcindendum recitant. Rursis alii tribus iſtribus, cum
inuocatione nominis diuini, facie ad orientem uersa, uir-
gam caedunt. **SCHOTTVS** cit. *I. p. 422.* Memini
etiam me legere, horam Mercurii, quoniam a Mercu-
rio nomen tuit uirga, a nonnullis obſeruari. Scilicet
Astrologi, et similes, dies omnes per totum annum
in

*et quae-
cu[m]que res
obuia.*

*Solennia
obſeruari
folita, sunt
dies, horae,
precatio[n]-
culas, etc.*

in 12. horas diuidunt, et primam illi Planetae, cuius nomini dicata est dies, reliquas aliis assignant, et u. g. Mercurii die, prima post folis ortum hora, illum Planetam regnare credunt.

§. XIII.

Postea ergo, quam uirgam ex praexceptis artis suae ceperunt, in locis, ubi, quod quaerunt, situm putant, oberrant, donec uirga violento impetu deorsum feratur, quod aiunt, uirgam ferire, scilicet obiecta petita. Inter ambulandum uero maxime in obiecto quaerendo mens defixa esse debet, alias irritus erit conatus, et uirga promiscue nullo ordine omnia feriet. Et quo grauius, magisque reconditum est, quod quaeris, eo maiori deuotione opus est. Hinc obseruant in iis, qui uirga quid tentant et inuestigant, praesertim, si lapides terminales quaerant, aut homicidas explorent, grauissimas in sanguine alterationes, pulsus febries, sudores multos, ALBIN. p. 94. seqq. ut propemodum in Enthusiasimum rapiantur fatidicum isti exploratores. Neque in omnium manibus eadem virtute gaudere uirgulam, trita res est. Virtus enim non Virgae, sed personae potius, est adscribenda, ALBIN. l. c. p. 203. et iuxta GE. AGRICOLAM apud SCHOTT. p. 427. non ualeat uirgulae figura, sed incarnamenta carminum etc. Hinc est, quod paucis contingat donum, rite cum uirgula loquendi, et omnia per illam quaerendi, atque saltem tres per totam Galliam eodem tempore extiterint. ALBIN. pag. 260. add. SCHOTTVS l. c. p. 426. Sunt etiam exempla, ubi, qui se uirga hac abdicarunt, dono hoc diuinatio-

maxime
uero sum-
ma atten-
tio, et de-
uotio,

qua defici-
ente, cessat
uis divina-
trix.

rio sunt orbati, sed, acta poenitentia, de nouo donati. ALBIN. p. 23. seq. et p. 122. Vno uerbo, dicente MULLERO ad Struu. tit. d. acq. rer. dom. ib. 33. lit. §. Der Glaube thut das meiste. Et haec est ratio mysterii, quod uirgulae huius Patroni iactitant.

§. XIV.

Obiectum, in quod inquiritur, non amplius ad metallum, ut quondam, restringitur, sed extenditur ad omne, quicquid inuestigandum putaris. Successive motum fieri, vulgo aiunt. Initio in metallis haerebat uirga. Nunc, qua mare, qua tellus patet, dominari gestit. Et uarias, easque 20. causas, diuersissimi plane generis, enumerat THEOPH. ALBIN. p. 130. Praeterea sic inquiri possunt delinquentes, fures, latrones, p. 19. et 125. sic etiam uirginitas exploratur. p. 125. Reliquiae Sanctorum ita dignoscuntur, et, quis beate mortuus, p. 128. uirgula eloquitur. Forte ipse quoque sic doceberis, siue beate moriturus, num hoc anno finis mundi sit futurus. O coecas hominum mentes! Discite, quae- so, ex lapsu primorum parentum, quis sit promissorum diabolicorum euentus. Exploras alienam beatitudinem, perditurus tuam. Doceri uis a ligno, omnis sensus experie, quod solius DEI omnisci*ū* decretum est. Veritatem quaeris in mendaciis. Ais: quod aliqui faciunt, ipsi uirguae non potest obesse. Attamen uirga ad easdem ineptias respondebit, et, dum hoc facit, superstitionem prodit, et auget.

§. XV.

Namque, ne suas origines dissimulet famosa uirga, insigniter mendax est, et plurimos, etiam in hoc C arti-

Saepissime
vero uirgu-
la fallit,

artificii genere non leuiter uerlatos, miserrime decepit. SCHOTTVS Mag. nat. l. c. p. 423 seqq. Quid enim? Magnifica elogia, qualia et de uirga uendantur, plerumque sunt magnifica mendacia, quae incautos et ignotos fallunt, notis sunt derisui. Si fatidica illa uirga semper uerax esset, quomodo constaret de commercio diaboli, cuius est, mendacia ἐν τῷ λόγῳ λαλεῖν; Io. VIII. 44. Quomodo in istam uirgulam, nisi mentiretur, quadraret nomen uirgulae diuinatoriae? Cum uatem agat, etiam definitio uatis illi competere debet. Est uero uates, definitio EVERARDO FEITH eique definitio uatis competit.

Antiq. Homer. Lib. I. cap. 16. ex Euripide:

οὐνηρ
Ος δλιγ' αληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει.

Quoties in thesauris inquirendis uirgula illa, diuina scilicetellerit, innocentes pro furibus atque nocentibus denunciarit, thesauros praesentes et alia occasione inuentos, item delinquentes celauerit, aliud pro alio indicabit, et u.g. saccum silicibus impletum loco auri argentiue quaesiti percuferit, uid. ap. SCHOTT. l.c. et ALBIN. p. 108. 117. 127. et 152. seqq. Inprimis, quot thesaureis inhiantes inani spe delusi omnia sua bona prodegerint, etiam quotidiana loquitur experientia. Neque auctor Pantomysterii, quo titulo uirgulam ornat, fraudes eiusdem dissimulat. l. c. p. 153. et 297. Hoc autem ipsum uulgo Metallicorum fidem facit, uirgula uenas inueniri, quod ea utentes casu aliquas inueniunt; sed iidem multo saepius perdunt operam, et ut uenas inuenire possint, nibolominus in fossis agentis despatigantur, quam aduersae partis metallici. Metallicus igitur, quia eum uirum bonum

Frands
occasio.

et

et grauem esse volumus, uirgula incantata non utitur, quia rerum naturae peritum et prudentem, furcatam intelligit sibi usui non esse, ait Agric. ap. SCHOTT. l.c. p. 428.

§. XVI.

Addimus ex abundanti Physicorum, atque in rebus metallicis uersatorum; antiquiorum et recentiorum, iudicia. Ex THEOPHR. PARACELSI *Philos. occult.* notat cit. auctōr haec uerba : *uirgula diuinatoria fallax est, saepius etiam in unum mūmulum perditum intendens.* Laudatus G. AGRICOLA *Lib. II. d. reb. metall. apud SCHOTT. Mag. nat. cit. l. p. 427.* ita iudicat : *uirgula diuina, qua incantatores scrutantur uenas, ut annulis etiam, speculis, crystallis, quamvis forma furcae figurari possit, nihil tamen interest, recta sit, an in aliam figuram formata; non enim ualeat uirgulæ figura, sed incantamenta carminum, quæ commemorare mībi nec licet, neque liber.* Addo et SCHOTTI ipsius iudicium *Phys. curios. Lib. XII. cap. IV. §. 1.* uerb. *uim sympatheticam agnoscit Maiolus inter surculos et thesauros. Sed quanam? cur non in omnium manibus ui exultantium arteriarum uirgula inclinat, sed tantum in certis? cur surculi illi etiam in priuatis aedibus argentum inueniunt?* Nimirum daemon mouet. Huic accedit STVRM. *Phys. eccl. Sturmii.* complures de hac materia sententias collegit, et *Tom. II. p. 106.* ita sentit : *uirgulam colurnam, sive rectam sive bifurcatam, nihil minus, quam diuinam esse, sed uanam et fabulosam creditatatem, traditionemque aut superstitionem, aut Satanae ludificationes, et insidiās, pro matribus et obsecricibus agnoscere; maxime, propter rationes a Schott*en. 12.* enarratas; deinde secundario propter auctoritatem Agri-*

Agricolae, uiri rerum metallicarum peritissimi, ipsorumque adeo metallicorum dissensum. In sequentibus idem laudatus STVRM, et SCHOTT. complura aliorum Physicorum sibi consentientium testimonia adducit, et inter illos Fabrum, G. Agricolam, Kireberum, Forerum, Aldroüandum, Caesum, Conradum, etc. nominat. Ex Vitebergensis Sperlingii, Kirchmaieri, Vateri, Loescheri. SPERLING. dissert. d. uirg. Mercur. item KIRCHMAIER. Diff. de uirg. diuinatr. et quidem posterior, praeuia diligentissima inquisitione, conquisitis undique metallicorum et peritorum iudiciis, usum huius uirguae damnauit. His accedit B. VATER Physiol. Sech. 2. cap. 15. quae est. 9. p. 262. ita iudicans: porius scrutatores metallorum astutos, ex aliis pluribus indicis et circumstantiis, quas inferius quoque de mineralibus obseruabimus, metallorum praesentiam colligere, uirgulas uero istas tantum ostentationis gratia, et, ut maiorem sibi artique suae concilient famam, adhibere iudicamus. Idem sentit DN. LOESCHER. Phys. theor. et experim. p. 742. verb: uirgula diuinatoria plerumque e ligno coryli, uel fraxini, uel pyri, uel cerasi, conficitur, etc. quae de sympathia uirgulae huius cum metallis afferuntur, aliaque superstitione, merito negligimus, qualia uideantur apud Valemont. de la bagnette diuinatoire. Alia innumera testimonia de industria praeterimus. Vix enim Physicus est, qui non idem iudicet.

§. XVII.

Inter defensores uero in primis Frommann, Ne quid uero dissimulemus, dantur etiam huius uirguae Patroni, qui illam omni suspicione absoluunt, et modo haec, modo illa, pro illius defensione adducunt, quae tamen omnia ficalneis admodum nituntur praefidiis. Ita FROMMANN Tr. d. fascin. omni

omni criminē uirgam absoluere nititur. Et ad hunc omnes ICri, rem licitam habentes, prouocare solent, quasi unius auctoritas sufficeret, ad omnia argumenta, experimenta, prudentissimorum et peritis morum uirorum iudicia contraria, infringenda. Lustraremas eiusdem rationes pro uirga adductas, siquidem scripti copia haberi posset. Ex multis uero circumstantiis conicimus, omnem in Sympathia nervum a Frommanno collocari, quae tamen et alia pro uirga facientia sponte sua corruent, si ad ea, quae haecētus expofita, attendere lubeat. Porro et Theatr. Chymic. quod prodiit Argentor. 1613. Vol. IV. p. Chymic. 271. et 362. hunc in modum philosophatur. Omni uicio rem carere, ex usū ostendemus. Caedatur uirga bifurcata horna ex corylo, uel queru, cuius cornua sint aequalia, et sene uitio. Quidam tamen putant, ante solidis exortum, maxime crescente Luna, etc. Sed nos nihil horum obseruauimus, etc. tunc etiam rerinente te inuiro, qui tenet uirgam, pars caudicis caesa extrosum uerget, donec ualidissimo iudicio et motu metallum percutiar. Quae sit huius rei ratio, Physicos latet; adeo miranda est natura Sympathiac, tamen et ipse; uerum esse, re ipsa experritus sum, et in aliis identidem uidi. Quod si non cuius mouetur in manu, sane in DEI potentia et hoc reseruari, quis non uider? Argumenta itaque allata in usu, Sympathia et DEI potentia, fundamentum ponunt. Sed usum quod attinet, negari quidem haud potest, in multis euentum tentamini respondisse, atque rem ex uoto successisse. Ita rusticus ille Gallus homicidas explorauit mediante uirga; Galli, quod multi meminerunt, et priori et hoc seculo Germanorum numos, mediante uirgula, inuestigare, inuestigatos

cuius argu-
mentum I.
ex usu, et
eventu, re-
futatur

gatosque auferre, didicerunt. Alii alia in effectum deduxerunt. Sed et oracula diabolica, et auguria etc. praedictus euentus non raro consecutus est. Et idem Rex Saul manifesto arguento expertus est. Ex solo ergo usu aut euentu imbellis admodum deducitur consequentia. Vicissim quoque saepissime delusae sunt haec artes, uti in superioribus iam dictum. Ita cuniculi subterranei, vulgo Minen, quos itidem per uirgas indagare consueuerunt, ubi sint, citius saepe Galli experientia, quam uirgis, didicerunt, et forte Tortona nuper fraudem uirgulae de nouo confirmauit. Certe neminem, credo, extitisse, qui, nunquam fallere hanc uaricinam uirgam, affirmare ausus sit. Deinde de ICtis, ad solum usum prouocantibus, sinistre admodum iudicantes rhythmi habentur apud KOENIG. cas. consc. prooem. p. II. In illis rhythmis materia proposita, conclusio ex usu et consuetudine depromta, ipsa etiam rhythmorum elegantia, idem pene sonant. Confer. §. V. hui. dissert.

§. XVIII.

Sub Sympathiae tegmine multum diuque latuit uirgula illa, et, qui mitius de eadem senserunt, Sympathian subesse crediderunt. Sed iam fac, esse talem Sympathian inter metalla et uirgam, quid de aliis rebus, in quae uirga dominatur, statuendum? Si Sympathia est, ea debet absque contactu humano, ex aliis indiciis, liquere; debet esse perpetua; non debet a persona et eius intensiori meditatione suspendi; debet in certis rebus subsistere, non libere per omnem mundum, et res captu humano superiores, uagari. Cuncta haec

2. argum.
de Sympathia per
circumstan-
cias concurren-
tes refelli-
tur;

haec aliter in casu praesenti se habent, uti in superioribus recensuimus. Ais: dantur etiam, quae non uni rei respondent, sed res omnis generis ad se trahunt, quale quid in succino, cornu cerui etc. accidit, quae si alii corpori affrictus, promiscue quaecunque leuiora obieceris, attrahunt. Sed hic omnium tale quid tentantium par est fortuna, hic non certae personae feli genda, non animus intendendus, nec artificium limites suos transgreditur. Aliter et apposite atque neruose ita respondet AGRICOLA ap. SCHOTT. l. c. p. 427. quae uī attrahendi praedita sunt, ea omnia non in orbem torquent res, sed eas ad se alliciunt, u. g. magnes ferrum non voluit, sed ad se trabit, etc. Instas: constat, in multis plurimum ualere ἐγχέιστω, ergo nec mirum esse, ex οἷς ἐγχέπται, non omnibus, quibus scilicet tractandi ratio ignota, ex uoto rem succedere. Verum et hoc ex dictis facile resolutur. Si ἐγχέιστω rem conficit, qualis connexio cum cogitationibus? Manuum hoc est officium, non animi. Quid illa ἐγχέρησις ad latrones, res amissas, imo defunctos? Cur uirga tantum id, quod queraris, detegit, et alia eiusdem generis obuia praeterit?

instantia
etiam de
succino.
etc.

§. XIX.

Quod uero de reseruato potentiae diuinae adducitur ^{3. arg. de} _{potentia} cit. Theat. Chym. multa refutatione non indiget. Nam a posse ad esse non ualer consequentia. Ita miracula so mniantur de uirga, quae sane ex regula Theologorum multiplicari non possunt, et DEO adscribuntur, quae re Etius diabolo adscribi debent, per ea, quae superius ex historiis Gentilium deducta. Inspirationes quo que tales statuere, uel ideo ineptum, quia, si DEVIS beneficium

diu. non quadrare, ostenditur.

ficium hominibus tribuere dignatur, uirga non opus mediatrice. Quin potius turpis haec supersticio uirgularis in Iudeis graviter damnata est. Celeberrimae etiam metallifodinae non mediante illa uirga mendaci, sed forte fortuito, inuentae leguntur. Et, si uirgae usus est a DEO, cur tam saepe mentitur? Annon respondentum est, quod Christus Iudeis, *Io. VIII, 44.* uos estis ex patre uestro diabolo, etc. qui mendax est $\alpha\pi^o \alpha\rho\chi\eta\varsigma$; Et, res saepe praesentes, alioque casu inuentas, a uirga reticeri, supra dictum.

§. XX.

Annectuntur alia de effluviis,

Alli ad effluvia recurrent, qui cum Sympatheticis proxime conspirant. Sed quid effluit, et in quid? Metalla effosa, uti uiua, effluere non posse, nemo forte dubitat, et tamen pecuniae absconditae quaeruntur. Effluvia non in omnia operantur, sed res certas; hic omnia in uirgam qualemque influunt. Qualia sunt effluvia in hominis cogitationes et animam per uirgam traducem, et ab hac in illas? Lapis terminalis si sit motus, et aliorum translatus, quaenam ille effluvia reliquit in terra, quae deinde in uirgam influere possunt? Non entis non sunt affectiones. Vbi finalis lapis non est, quid inde effluat, refluat, restituat? Quanta oportet esse effluvia, quae adeo potenter influunt in uirgam, ut haec uiolenter admodum distorqueatur, et fere frangatur? Effluvia illa ex finibus controvirsis, neque extantibus, cur tam uehem percellunt uatem uirgulatum, ut in ecstasi rapiatur propemodum, alii uero simul praesentes, et ambulantes, et limites quaerentes, omni alteratione immunes euadant? Diabolus, ceu Spiritus impurus,

quae in finibus nulla effluit.

purus, in Pythiae Delphicae posteriora ita influere solebat, ut illa, raptu fanatico affecta, oracula ederet. Si quoque omnia in uirgulam influunt, qui sit, quod nulla oriatur confusio, sed tantum id, quod quaeritur, a uirgula feriatur? Quis istam, quid ego quaeram, docuit? Duin limites queruntur, multi saepe contermini fines una frequentantur, sed ad hos nullus est uirgulae motus, uerum tantum ad controveros terminos illa flectitur.

§. XXI.

Sed forte est Archeus quispiam, qui illam uim reperit item de tricem moderatur, et efficit, ut omnia ex se effluant, Archeo; in se refluant; ille cogitationes primum mouet, deinde uim motricem per corpus et manus diffusam uirgulam communicat, obiecta extrinseca rursus erga uirgulam mouet, ut tandem omnia in se redeant et remoueantur. Discere cupis, quis sit ille Archeus. Spiritus is et anima rerum est; ignis est, uita est? Ille uel uniuersalis est, et totius mundi spiritus, a DEO mundo impressus, et per mundum agens, uel est particularis, et cuilibet agenti proprius, et ille pro diuerso conceptu rursus uarius. Est u. gr. uitalis, animalis; substantia ualde subtilis et mobilis. Vno uerbo: est *Lar corporis*, dicens WEDELIO, *Physiol. reform. Cap. III. §. 5. p. m. 54.* Constat ex connexione uitalis aurae, uelut materiae, cum imagine seminali, quae est interior nucleus spiritualis, foecunditatem semenis continens. Est generationis faber et rector, se ipsum uestiens corporali amictu. Praeses manet, curator, rectorque finium internus in obitum usque, etc. definiente HELMONTIO, etc.

D

Est

cuius defini-
nitio et of-
ficium re-
cenetur,

et, prout
par est, di-
judicatur.

Est summus exaltatus et inuisibilis Spiritus, qui separatur a corporibus, exaltatur et ascendit. Est occulta naturae uis, generalis artifex omnibus et Medicus. Non capis haec? Haud miror. Profunda haec sunt. Obstupescendum et discendum est, ad quantum fastigium scientia humana deduceta sit, scilicet, ut homines iam cum ratione insiniant. Tanta est humani ingenii subtilitas, ut multa longo sermone dici queant, et re ipsa tamen nihil dicatur. Sunt ergo termini, nihil significantes; entia rationis ratiocinant; uigilantium somnia; doctae ineptiae. Quae ueteres, u. g. Galenus, per uim attractricem, magnetismum, qualitates occultas, etc. interpretati sunt, alii; illis scilicet multo doctiores, per spiritus, archeum, etc. explicant. In hoc praestant recentiores ueteribus, quod isti res ignotas terminis intelligibilibus explicare studuerint, illi e contrario obscura obscurius eloqui malint. Spiritum et principem mundi meminit quidem scriptura, sed dialbum eundem intelligit.

§. XXII.

Pro uirga praeter superstitio-
nem, curio-
sitatem, et fraude-
s nihil rema-
net.
Supersti-
tio proba-
tur i. per
āνακέφα-
λωσιν,

Nihil ergo per haec tenus exposita, praeter superstitionem, pro uirgula remanet. Ipsum nomen Ethnicismum redolere, dictum est. Origo ex Ethnorum consuerudinibus, auguriis, incantationibus, et diuinationibus, deduceta. In ipso usu multa superstitiones, et in physicis plane inaudita annorata. Quid enim digiti ad coelum ereceti? quid furca ad peccatum tendens? quid cogitationes in hoc negotio habere defixas? quid alterationes in sanguine? quis operationum physcarum, quae a nonnullis in uirga praetenduntur, cum cogi-

cogitatis hominum consensus? annon haec sunt in-
uenta, in fidem saluificam et fiduciam in DEVUM iniu-
ria, quae diabolus, ut fidei nostrae fundamenta la-
befactet, sustentat? Soli stolidae imaginationi talia tri-
buere non possum. Quamuis enim stupenda illius uis
sit, et animus in re quadam torus defixus, contumax-
que recordatio, dicente ALBERTI d. Medicam. modo
in corp. oper. Spec. IV. §. 21. p. 235. miros producat non
raro effectus, tamen extra corpus illa imaginatio uix
agit. Cur non in omnium manibus uim suam uirga exer-
cit? Cur saepe mentitur? Magnes semper ad se trahit fer-
rum, nullo habito personarum deleatu. Cur id tan-
tum portenditur, quod queritur, neque uirga in se ad
certum fertur obiectum? Quid lapis finalis cum uir-
ga? Tot acutissimorum et peritissimorum Physico-
rum et Metallicorum iudicia quorū? Quid preca-
tiunculae a nonnullis additae? Has licet alii omittant,
tamen tacite easdem conditiones cum uirga in se trans-
ferunt. Possem allegare exempla, ubi quidam incantatio-
nibus et superstitioni ignorantibus indulserunt. Ita quis-
piam, qui solo pileo, ter rotato, angues incantare solebat,
a sacerdote monitus est, naturale id non esse, sed incanta-
menta subesse. Illi sancte contestato, se nihil horum
acepsisse, aut unquam meditatum fuisse, regessit Sacer-
dos, et suasit, iterum periculum faciat, et oblato angue
pileum ter rotet, addita protestatione, ne effectus se-
quatur, si quid incantamentorum subsit. Paruit ille di-
ctis; at serpens, pileum haud moratus, incolumis euasit.
In uirga idem fieri, supra retulimus; nam, qui illa se
abdicat, incassum postea uirga utitur, ob fiduciam in
eandem abiecta, nec, nisi poenitentia aucta, in gratiam
recipitur. Vocant hoc pactum cum diabolo tacitum,

2. Supersti-
tionem et
iam ab
ignoranti-
bus com-
mitti posse,
docetur.

Idque pa-
ctum taci-
llud-

etum et im- illudque committi dicitur, superstitionis ceremoniis in-
plicitum haerendo, arte diabolica diuinando, et futura uel oc-
cum diabo- lo habent. culta praedicendo, docente STRYKIO d. curios. Cap.
V. n. 23. seq.

§. XXIII.

3. Occasio
supersticio-
nis augen-
dae addi-
tur. **S**i quoque unquam diabolo facile fuit, homines cir-
cumuenire, certe longe facillimum ipsi fuisse pu-
tandum, promissis opibus illos inescare, et ad quod-
uis scelus patrandum inuitare. Auaritia, ceu ra-
dix omnium malorum, non leuem sponte sua naturae
humanae addit stimulum. Nam, qui ditescere uolunt,
incident in temptationem et laqueum, et cupiditates mul-
tas amentes ac damnosas, quae demergunt homines in
exitium et perniciem. *1. Tim. VI. 9.* Hinc factum, ut
primario metallifossores et thesaurorum inuestigatores
uirga uterentur. Quae natio omnium maxime est su-
perstitionis, et a diris ac imprecationibus ipsam redi-
tuum metallicorum ubertatem suspendit, atque magis
hominum maledictionem timet, quam DEI benedictio-
nen sperat. Quae praeterea thesauris eruendis super-
stitionis ceremoniae, incantationes, alia, accedere so-
leant, non est, ut multis edifferatur. Sola itaque auri
sacra fames, et cupido, diuitias subterraneas habendi,
uirgulae inter Christianos retentae, causa fuit.

§. XXIV.

Reste diab.
accusari
prob. 4. ex **N**eque mirabere, nos omnem culpam in superstitione
nem, diaboli seductiones et illusiones, transferre.
Est haec crambe toties recocta, et hominibus, magno
ipso-

ipsorum malo, a diabolo ingesta. Quid enim miracula ab Ethnicis iactata aliud sunt, quam imposturae, inania terriculamenta, fabulosae relationes, et maxime insignes diaboli illusiones, ab hominibus seductis superstitione acceptae. Talia miracula magno numero hinc inde apud auctores annotata reperies. In primis talia miraculis a scriptoribus ethniciis recentis, de temporibus Deastrorum, VALE R. MAX. Lib. I. cap. priorib. collegit. Ita Galli Apollinis Delphici, et Iouis Ammonis, item Romani Apollinis Carthaginensis, nec non Alexandri milites Cereris Milefiae, templa depraedaturi, male excepti et mulctati fuerunt. Romani, Aesculapius Aesculapius, pium Epidaurium in forma anguis, (ita primam formam retinet ὁ δεύκον ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαιός, Apoc. XII. 9.) Romam aduexerunt, ut urbem peste liberaret. Et euentus spei respondisse fertur. Juno, Iunone, Fortuna, Castore, Polluce, etc. rize me marronae uidiſtis, riteque dedicastiſtis. Modo Castor et Pollux, modo Mars, modo alii uisi, qui perclitantibus praefecti auxiliū tulisse crediti, postea uero nūspiam reperti. Simonides, carmine in pyctam scripto, cum a Castore et Polluce comparationem petiſſet, propterea uero duabus tertiiis conuenti honorarii mulctatus, illasque ab his, quos una laudasset, expectare, iuſſus effet, id praeſummi, referente Phaedro, reportauit, ut duo iuuenes inter coenandum uenirent, ac poētam celeriter euocandum curarent. Qui ubi pedem foribus uix extulerat, ruina camerae oppresſit caeteros; iuuenes uero inuenti sunt nulli.

§. XXV.

5. Ipsi Gentiles, quid superstitione
ualeat, agnouerunt.

Vti uero damnanda superstitione fraudibus istis occasio-
nem dedit, ita neque haec diutius durarunt,
quam stulta Ethnicorum simplicitas durauit, adeoque
manifestum, quid superstitione ualeat, inde capi potest
argumentum. Agnouere id ipsi tandem gentiles, et
de propria experientia testati sunt, quo pertinet illud
CICERONIS de famoso Delphico oraculo d. diuinat.
Lib. II. cap. 57. Sed, quod caput est, cur isto modo iam
oracula Delphis non eduntur, non modo nostra aetate, sed
iamdiu, iam ut nihil possit esse contentius? Quando
autem ista uis euauitur? an, postquam homines minus cre-
duli esse coeperunt? Quadrat itaque in haec miracula,
quod habet *DANNHAVER. Theol. Conf. p.m. 44.*

Stat pretium nugis, et callidus emtor
Vix plura ex alia sperat compendia merce;
Quippe hominum in vita nugis sine nulla uoluptas.
Testis erit, blando nugas qui garrit amico.
Pyramides nugae, nugae miracula rerum.
Luscinae in nugis melior consumitur aetas.
Viuit et immoritur nugis schola magna Sopborum.

6. DEVUM Sic huius seculi Deus, per mendacia miracula, et alia
ad haec iu-
stis de cau-
sis conni-
uere, pro-
batur.

superstitiosa, excoecauit infidelium mentes, ne irradia-
ret eos illustratio Euangeli gloriae Christi, 2. *Corintb.*
IV, 4. Et, propterea, quod amorem ueritatis non
recepérunt, ut salui fierent, misit eis DEVS efficaciam
erroris, ut crederent mendacio, quo damnentur omnes,
qui non credunt ueritati. 2. *Theffal. II, 10.*

§. XXVI.

§. XXVI.

Accusauimus, ne quid grauias diceremus, uirgulae diuinatricis superstitionem. Concurrit uero et iam maleferiata quaedam curiositas, quae quomodo alias circa res scitu, cognitu aut creditu, non necessarias, committatur, pluribus exponit STRYK. *Disp. de curiosit.* *Cap. II. num. 34.* In hoc negotio circa uirgulam eadem se exerit, dum, quae DEVS homini non reuelanda duxit, per eiusmodi uirgas explorare laboramus, adeoque, relictis mediis ordinariis, ad extraordinaria decurrimus. Id non tantum peccatum, sed etiam uirginaliter perinde habendum esse, ac si quis ipsum daemonem consuluissest, docet DANNHAVER. *Theol. Conscient. P. II. Sect. I. art. I. §. 64. p. 272.* uerb: *uirginaliter hoc crimen (interrogationem diaboli) committunt, qui non acquiescent ordinariis diuinae voluntatis explorandae mediis.* Quam aegre etiam eiusmodi processus a DEO ferantur, ubi ad extranea recurrunt, ex sacris literis multis in locis colligere est. Confer. 2. *Paralip. XVI. 7. et 12. ibid. Cap. XXXI. ult. Daniel. VI. 23. 2. Reg. I. 3. 4.*

§. XXVII.

AICtis tale ueritatis inuestigandae medium eo minus admitti potest, quo magis ipsorum principiis repugnat, alias, quam ubi ratio in sensu incurrit, et de ueritate ex sola ratione constat, admittere probationes, uti notat STRYK. *ad Lauterb. tit. d. iureiur. uoce: vulgaris. Conf. MOLLENB. Thesaur. Iur. Ciu. cod. tit. num. 73. p. 454.* Hinc neque testibus, si rationem dictorum reddere nesciant, fides habetur, iubente I. 4. C. d. testib. uerb:

Curiositas
superstitio-
nis pars est.

uerb: sola attestacione prolatam, nec aliis legitimis adminiculis causam approbatam, nullius momenti esse, certum est.
 quo pertinet probatio vulgaris.

Ex eadem ratione probatio vulgaris, per ferrum candens, stillationem sanguinis ex cadavere, exploratio sagarum per aquas, etc. damnatur. tot. tit. X. d. prob. vulg. Et cap. 8. X. d. prob. canon. peregrina inhibentur indicia. At in uirgula ista ratio, consentientibus omnibus, latet, superstitionae circumstantiae non leuem suspicionem mouent, euentus ipse frequenter fallit. Omnia itaque cum quadrent ad istam uirgulam, quae Theologi Vitebergenses de probatione sagarum per aquas edisserunt, illa huc transferre non dubitamus. Ita uero laudati Theologi, Viteb. Consil. P. III. p. 21. **D**aß dergleichen Probe sehr zweifelhaftig, und ungewiß, dem Teuffel damit gehoffret, die Leuthe in ihrer Bosheit gestärcket, und zum Überglauben verleitet, schuldige Personen der gebührl. Straße entzogen, und die unschuldige oft in Gefahr und Verdacht gesetzet werden können. et p. seq. 23. Obgleich bisweilen ein guter finis folgen, und die Leuthe durch so thane Probe zur Erkāntniß ihrer Sünde in etwas gebracht werden möchten, jedoch aber, weil das Mittel an ihm selbst nicht richtig, der euentus gar ungewiß und zweifelhaft, auch des Apostels Pauli Regel billig in acht zunehmen: non sunt facienda mala, ut inde eueniant bona. etc.

de qua
Theologi
Viteberg.

f. XXVIII.



§. XXVIII.

Demus uero etiam , crimen superstitionis mani-
festum non esse , tamen rebus sic stantibus du-
biu[m] ad minimum redditur , quid uirgulae tribu-
endu[m] sit . Sed ita , neque in foro Theologico ,
neque iuridico , admitti potest eadem . In illo sem-
per eo respiciendum , ut conscientiae consulatur .
Quamobrem , si duae sint uiae , in quarum una pede in-
offenso pergere , in altera uero in deuia deferri quis
potest , tutior p[re]ferenda est . Ita enim Doctores
Theologiae conscientiariae : *in dubiis tutior pars est eligenda . Tutior autem pars est illa , in qua sequenda cer-
tum est , nullum inesse peccatum . GVL. AMESIVS fieri par-
Lib. I. Cap. V. in fin. p. m. 14. ubi simul recte monet , etc.*
*ut in o-
mnibus
moralibus*
ipso s[ecundu]m ethnicos ueritatem huius doctrinae agnouisse , et
ex Cicer. Lib. I. d. offic. allegat sequentia : *bene p[re]cipiunt , qui uerant quicquam agere , quod dubites , aequum
sit , an iniquum . His , praeter Dannhauerum et Koenigium ,
assentit BALDVIN. Casib. Consc. Lib. I. Cap. VIII. p. m. 16.*
uerb : *Quodsi in dubio una pars tutior et melior est al-
tera , eligitur id , quod melius et tutius est . etc. Procul
dubio autem tutius est , abstinere uirgulae usu , quam
superstitionis periculum incurrere . In foro huius
certae et indubitatae requiruntur probationes , quae
uero in casu p[re]fenti per ante deducta desunt . Et
huc pariter quadrat , quod habet laudatus BALDV-
INVS l. c. cap. IX. num. 2. ea magis opinio est eligenda ,
quae nititur aut legis aut iuris sensu , quam quae consue-
tudine et usu recipro . item num. 4. cum opiniones duae
sunt pares , quoad auctorum numerum , sequenda ea est , quae
tutior*

rior est. In foro iuridico ipsa uox: *diuinatoria*, qua nuncupari ab aliis haec uirga solet, nos docet, quid iudicandum sit. Ita enim *I. s. C. d. malef. mathem. etc* *Sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas.*

§. XXIX.

Denique,
si natura-
lia omnia
putes,
aut motus
uirgulae
nihil signi-
ficiat,

Porro, etiam si nihil superstitionis subesse, statuamus, motumque uirgae naturalem plane habeamus, tam ex aliis rationibus ferri eadem, aut tanquam medium probationis ordinariū admitti nequit, quia quodammodo naturale est, uirgam recentem, manuque tepefactam, calore hoc moueri. Qualia exempla allegat KIRCHMAIER. *Diss. d. uirg. diuinatr. et SCHOTTVS Mag. nat. P. IV. Lib. IV. Synt. IV. cap. I. p. 425.* Add. auctor *Pantamysterii* apud THEOPH. ALBINVM tr. von der Wünschel = Ruthē p. 288. seqq. ubi modo contorta fuisse in manibus uirgula, modo obiecta sine ordine et indistincte percussisse, dicitur. Verum neque ita argumentum inde aliquod pro finibus inuestigandis exculpī potest. Manifestum enim sic est, nihil per uirgam significari, sed calorem manuum totum illius rei esse artificium, quo accedente mouetur, et quo cessante sistitur. Ita ergo mouebitur, siue aliquid quaeras, siue non; siue hoc, siue illud inuestiges. Et ita fieri potest, ut etiam in eius manu se moueat, qui superstitioni non indulget, uerum tunc motus nec adeo uehemens esse potest, qualis vulgo fertur, neque in ullum certum obiectum mouetur uirga; adeoque circumstantiae in explorandis rebus occurrentes, et uehementissimus motus, quo in manibus torquere

quetur uirgula, et obiecta ferit, cum naturali illo, quem diximus, non cohaerent.

§. XXX.

Denique non praetereundae sunt fraudes et imposturae, quae in finibus inquirendis occurrere consueuerunt, aut certe occurrere possunt. Ita testatur THEOPH. ALBINVS von der Wünschel-Ruthen p. 97. uatem eiusmodi uirgularium, cum ad locum, ubi reconditi perhibebantur fines, peruenisset, miros edidisse gestus, qui conuulsioni non absimiles erant, pedibusque calcitrasse. Quam facile fieri poterat, ut inter haec ita contorserit in manibus uirgulam, quo loea destinata feriret. Quam facile ex composito res ita cum aduersario geri potest, ut loca praetenfa et probabilita ostendat ille uates. Nam, et in eius, qui uirgula res explorandas tentat, potestate esse, assertit *auctor Panomysteriori*, p. 128. et 483. uelutine obiecta a uirga percuti, nec ne. Add. SCHOFFT. I. c. p. 423. Vnde, credulitate sua lapsos esse, puto, qui, *αὐτοψίᾳ* moti, neque iuramentum ab exploratore uirgulario exigendum censuerunt, propterea, quod hic res ipsa loqueretur, adeoque ulteriori confirmatione, sicuti in testibus, res non egeret.

aut fraudes
omne pun-
ctum fe-
runt.

Error
ICTORUM,
nec iura-
mentum
desideran-
tium, nota-
tur.

§. XXXI.

Vltimo loco illud non praetereundum, ICTOS, quos supra allegauimus, cum uirgae usum quodammodo defendunt, id maxime de casu intelligere, et accipere solere, si thesaurus, in fundo proprio inuentus,

Communi-
ICTORUM
opinio
quatenus
attendantur,

per uirgulam Mercurialem quaesitus fuerit. Tunc enim, si medium hoe illicitum est, thesauro priuandus est is, qui eadem usus; sin licitum, cessat caducitatis poena. Ad eum ergo effectum, ut fiscus, ceu ex illicita causa, quaesitum thesaurum vindicare possit, uirguae usum, quia ille inter metallicos alias receptus, neutiquam sufficere statuunt. Supponendum tamen primo, alias superstitiones ceremonias non accessisse. Deinde nihilominus fatendum est, per ea, quae hactenus exposita, consuetudinem, qua uirgula toleratur, inter irrationalibus esse ponendam. Solet tamen consuetudo, etiam si irrationalis illa sit, uel ad poenam mitigandam, uel plane tollendam, interdum facere, ZOESIVS ad ff. tit. d. LL. num. 17. quale quid u. g. in consuetudinibus opificium derisorii, et in sacrofanea Christianae fidei dogmata, ac sacramenta iniurii, quotidie obseruantur. Idem in casu praesenti deprehenditur. Caeterum ad mentem sententiae hactenus propositae Facultas Iuridica, quae hic loci floret, ante paucos annos respondit, neque uirgulam diuinatoriam inter probationis media in actione finium regundorum habendam ac admittendam censuit, quamuis etiam uates uirgularius iurarit, omnia ad normam artis esse peracta.

F I N I S.



et quid
consuetu-
do irratio-
nabilis ua-
leat.

Ictorum
Vit. sen-
tentia.

01 A 66.80


ULB Halle
003 105 547

3



561

VDA





22.

DISSERTATIO INAVGURALIS
DE

FINIBVS

PER VIRGVLAM MERCVRIALEM
NON INVESTIGANDIS

*S*on *A*ufsuchung der *G*renzen
*D*urch *S*wünschel = *R*ufen

Q V A M
P R A E S I D E

IO. FRIDER. WERNHERO, D.
INST. PROF. PVBL. CVR. PROV. SCABIN.
ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE
PRO CONSEQUENDIS SVMmis IN IVRE
HONORIBVS

GRADV DOCTORALI
D. APRIL M DCC XXXIV.
IN AVDITORIO MAIORI
PVBLICE PROPONET

FRIDERICVS FLORENS RIVINV
LIPSIENSIS.

VITEMBERGAE
LITERIS VIDVAE GERDESIAE.